



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 2. Quantis auari stultijs decipientur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

mergunt homines in interitum, & in perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas; quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inferuerunt se doloribus multis.

§. II.

Quantis auarii stultijs decipientur?

Quanta hæc auaritiæ deceptio est? dum sibi sapere videtur, stultescit; dum coquit fraudem, perdit fidem; dum delicias procurat, incidit in spinas; quæ velut Charybdis semper vorat, numquam satiatur; de pauperum peculio semper egentior; de præda innocentum rapacior; &, si cetera defensent, hoc solo nomine execranda, quia quò potentior, eò est sceleratior. *Radix enim omnium malorum est cupiditas.* Neque malum culpæ duntaxat ex hac radice germinat, sed etiam malum pœnæ. Estque primò hæc ipsa magna auaritiæ pœna, esse malarum libidinum, & vitiorum omnium procuratricem; esse seminatricem temptationum; esse textricem laqueorum diaboli; esse caussam eorum, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Secundò tamen etiam innumeros hominem curis, & miserijs flagellat. In quem finem Simplicius ait: *Auari totum, vita tempus circa lucra laborantes cum consernatione, & eti.*

Simplic.
in Enchis-
rid. Epi-
natione, & eti.

142 Cap. VI. Diuitiarum cupiditate
natione, vigilijs, ac formidine semper adiuncta,
nullum usum, nullam delectationem à pecunia
capiunt, & quanam hac fuerit iustior ac ubi-
rior pœna? Tertiò, quod pauci agnoscunt,
tum maximè diuitibus metuendum est, cùm
maximè sibi videntur esse felices. Siquidem
fortunantur etiam aliquando pessimi ad infor-
tunij maioris apparatum. Numquam tuta est
felicitas sotium. Per somnum quidam far mo-
nitus discedere à muro, recedens videt statim
corruentem. Putabat jam gratum Deo fur-
cum, donec aliter edoctus videt se reservari cru-
ci. Quare sape maxima ira Dei est, locupletare
malos, & licet festiuos suppicio, satis fecerit. Quia
dum prodit quasi ex adipe iniquitas eorum,
flammis acrioribus reseruantur.

§. III.

*Merito amittere diuitias, qui eis immerito
inhibit.*

Quartò tamen iras cælestes prouocant,
vt, in quo peccant, in eo ipso puniantur.
Dum diuina Nemesis opes male congregas-
diruit, & ianuam furi, viam hosti aperit.
Sæpe enim auaris eripiuntur opes, vt quibus
cupido augebatur diuitijs, pauperie minua-
tur. Et quia ab incunabulis egestati assueti
plerumq; inopiam patientius ferunt, quam
ferre

Ioan. Eu-
seb. Nie-
renber-
gius in
Theopo-
litico, c. 9